

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
ab Ad-||uentu vsque ad Festum Pascæ in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN DIE S. THOMAE APOSTOLI EVANGELIVM Ioan. 20. Cap.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150424

*pac dei quo accepit. In pace cordi multo requirunt. 12
605 sensus. 245. 2. probat piam vitam. No est pac affosib
ment d'favit p'p'riam. Inuit modis.*

IN DIE S. THOMAE APOST. SERT. 37

spondit Thomas & dixit: Dominus meus & *ro semina est fide*
Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me *ro semina est fide*
Thoma credidisti: beati qui non viderunt & *ro semina est fide*
crediderunt. *quasi tota vana*

SERMO PRIMVS, *605 o confesso p'p'ri*
Comparatio huius Apostoli
cum Ioanne. *f'cho f'cho op'ho*
qto fuga b'c m'de

IN multis alijs quibus Ecclesia nos per aduentus Do-
mini tempus, nocentissimum peccati somnum, om-
nemq; impietatem vite nostrae deseramus, hortatur
& admonet seuerus ille Baptiste clamor precipuum est,
eaq; propter duobus Dominicis diebus illius clamori
bus, non sine causa, vt illo tempore dictum est, occupa-
ti fuimus. Nunc porro hac festiua die, appropinqua-
te natalis Domini festo, vt que praterito tempore audi-
uimus penitus animis nostris insidiant; alius quoq; co-
cionator Ioanni adiungitur, ipse nempe Thomas Apost.
cui ipse Christus predicandi munus delegauit: interq;
eos annumerauit, qui suum sui; regni Euangelium de-
clamaturi erant omnibus. Eam igitur ipse Thomas (vt
hodierna lectione Euangelij audiuius) clamantis vo-
cem edidit, qua merito omnium piorum mentes in ad-
mirationem & deuotionem induceret. Quam & ipse
Christus exclamatione vt pie recteq; credentis vocem
agnouit & probauit. Quia, inquit, vidisti me Thoma, cre-
didisti: Beati qui non viderunt & crediderunt. Collatis
igitur ambobus Ioanne & Thoma, vnaq; eoru predica-
tionibus, quid nisi duas argenteas illas tubas, quibus po-
pulum suu quondam Moses couocabat audimus. Sed vl-
tro hi duo nostri causa hodie conueniunt, Ioannes &
Thomas: & quidem adhortationibus summo per ege-
mus. Primo enim iam tempus est a somno surgere, qua-
do iam dudum ex Paulo quod nox praecesserit, diesq; ap-
propinquauerit, audiuius. Secundo omnino oportunu
est surgere, ac Christo, non solum appropinquati, veru
etiam in foribus & prope stanti obuiam procedere. Sic
enim hodie nobis acclamatum est. Nolite timere: quin-
ta enim die veniet ad vos Dominus Deus vester. Ter-
tio, iam necessarium maximè est, vt nos vndiquaque

Matth. 10
Marci. 16
Ioan. 20
Num. 10
Rom. 13

*utrum quod
magis oportet*

muniamus quàm diligentissimè, ne tantam nobis gratiâ
præripiat, vel tantis nos donis spoliât Satan, sciêtes nihil
illi tam primum esse quàm Christû nobis facere inutile.
Postremò & vrgens causa adest, vt præparemus corda
nostra, à peccatis emundantes ea, atq; omnigenis pieta-
tis virtutibus ornemus: quandoquidem summa nostræ
salutis in propinquo est festiuitas. His tantis rebus de-
nunciandis nô vnica tuba sufficit: ideo ergo duabus ar-
duum clangentibus hodie vtimur. Ioannes & Thomas
non dormientes solum, verumetiam demortuos, Ioan-
nes in Iudæa, in India Thomas clangore suscitant. Id
1. Tim. 4. quod in nobis etiam præstarent hodie, nisi ipsi aures
nostras obturantes, à veritatis sono auerteremus. Quem
enim non commoueat, quod de Ioanne testatur Lucas:
Lucæ. 3. Erat Ioannes prædicans baptismum pœnitentiæ in re-
missionem peccatorum. Sicut dixit Isaias propheta: Vox
clamantis in deserto paratæ viâ Domini. Sicut dixit Isai-
Isaiæ. 40. as Propheta: Omnis vallis implebitur, & omnis mons
& collis humiliabitur, & erunt praua in directâ, & aspe-
ra in vias planas, & videbit ois caro salutare Dei. Hæc
D. Ioannes totum mundum clangore implens buccina.
Clarè enim insinuat neminem huius salutis fore partici-
pem, qui se non antè pœnitentiæ submisit. Sed & do-
2. Cor. 5. cet, regnum Christi omnino nouos mores nouamq; vi-
tam in nobis requirere. Vt enim Christus suo aduentu
noua facit omnia, montes præaltos, id est, Iudæos super-
bos, humiliat: valles profundas, id est, gentes humiles in
agnitionem Dei extulit: prauam nodosamq; mundi do-
ctrinam suo Euangelio direxit: asperam, iniquam per-
uersamq; in pietate doctrinam gentium æquam & pla-
nam fecit: Sic etiam necesse erit tota vita nostra innoue-
tur ita, vt qui antè mons per superbix tumorem extitit,
deinde vallis, hoc est, per humilitatem efficiatur submis-
sus: & qui quondam per desperationem ex peccatis val-
lis, in sublimia cœlestis gratiæ exurgat: & qui quondam
prauæ voluntatis, iniquam viam sectabatur, nunc porro
coniuncta sua cum Dei voluntate, suâ vitâ diuinis legi-
bus adæquet. Qui deniq; asper, hoc est, in proximum &
fratrem inhumanus immitisq; inunc tandem per cõpas-
sionem reddatur & fiat mitior & benignior. Hæc ergo
Ioan.

Ioan. concio, aut certè præcipua eius pars fuit, quâ nos
 audis auribus audire optimū proculdubio esset, quoniā
 tangit omnes, qui nulla præeunte poenitentia, imò aper-
 tissima impietate tantum Christianum nobis vendica-
 mus nomen, deq; Christi benignitate plurimum cōfidi-
 mus. At neutrum horum Ioan. concedit. Aut ergo Ioan.
 errauit, aut nos à veritate deuiamus. Sed Ioannes errare
 nequiuit, vt qui à Deo missus, à spiritu S. agitatus, & ad
 quem sermo Dei factus est. Sequitur ergo quod nos ip-
 sos seducamus miserè. At hæc sufficiant de Ioannis
 dixisse buccina. D. Thomas noster pari clamauit studio
 licet cunctaretur. Serò enim attestantibus licet Aposto-
 lis se vidisse Dominum, resurrexisse credidit. Nec po-
 tuit credere quod non didicerat visus tactusque sensi-
 bus. Id quod singulari quadam Dei ordinatione factum
 credimus, vt primò apparente Iesu, Thomas non ad-
 esset, nec postea crederet, vt vel sic per occasionem se-
 cundo appareret Iesus, suæque veritatem resurrectio-
 nis clarius demonstraret, ipsum cunctantem Apostolum
 ab errare & incredula mète conuerteret. Non enim suos
 in erroribus perire permittit pius Dominus. Quem-
 admodum ergo in ipsa passione sua Petrum tertio se
 negantem respexit: ita etiam hunc incredulum Tho-
 mam nunc decet pius magister, vt scripturæ sua ma-
 neat veritas, quæ dicit. Iustus cum ceciderit non colli-
 detur, quia Dominus supponit manum suam. Neq; ta-
 men euelligio Thomam ab incredulitate eximit, octi-
 duo antè probat: tandè verò vbi iā de aduentu despei-
 are potuisset, nunquam reuersurum esse Dominum, ecce
 in foribus adest: imò medius inter ipsos præsto est. Ist-
 hæc Deo in alijs quoq; cōsuetudo est. Vbi minimè spe-
 rat, adest præsentius. Interea tardat suamque manum
 remoratur, probans nos, nec tamen omnino emanet.
 Vnde nec immeritò Propheta nobis occinit: Expe-
 cta Dominum si tardauerit: veniens enim veniet, &
 non tardabit.

Quod autem Christus non nisi peracto octiduo ad
 suos redit, indicium est, nos nunquā verè ac plenè Deū
 posse agnoscere, dum septem hi dies sunt, hoc est, quo-
 usque hæc vita manet: vbi autem octaua orta fuerit, hoc
 est,

Lucæ. 2.

Lucæ. 23.

Psal. 36.

Abac. 2.

quid bull
p 8 duc

- est, quando generalis omnium resurrectio venerit, tunc
1. Cor. 13. Deum sicuti est videbimus, ibi porrò nullus dubietatis
 locus erit. Interea verò Apostolorum sequamur exem-
1. Ioan. 3. plum, qui vnà manebant congregati, experti semel cha-
 ritatis mutuae & concordiae fructus, & quod Christus
 (vt charitatis amator) tunc maximè se ostendat, quan-
Math. 18. do vnanimis in suo nomine nouit congregatos. Eam ob
 causam ergo Apostoli manent vnà congregati, speran-
 tes se Dominum reuertentem visitaturum. Neque verò
 eos fefellit opinio, & hoc ipsum Thomam coniunctum
 illis seruabat. Semel sese à grege segregauerat, suo id
 damno maximo: spoliauerat enim seipsum magno cõ-
 templationis Dei bono. Cõgregatus igitur alijsq; iun-
 ctus, communi gaudio & consolatione participat. Mox
 enim se medium videndum offert Iesus. Rursus clausis
 venit ianuis, se iam porrò clarificatū & immortale cor-
 pus, cui nihil obesset habere insinuās. Medius inter om-
 nes stat: eum enim locum post resurrectionē sibi suā ele-
 gerat. Ab illo utiq; tempore nulli obscurus, credentibus
 suis omnibus in finem vsq; mundi vult esse præsentsissi-
 mus. Adhuc rursus pacem precatur, vt bis vna illa prio-
Ioan. 20. re apparitione fecerat, oibus, ne quid dubitarēt, se pacem
 inter Deum fecisse & hominē, id quod aliàs perterritis
 tardisq; cõscientijs credere difficillimū est. Secundo vt
 scirent pacē illam quā Christus ipse daret summū bo-
 num esse. Tertio vt triplicē à Deo pacē petere discrēt:
 internam, externā, & sempiternā. Verum super hęc om-
 nia ad Thomam, vt plus cæteris instructionis egentem
 Christus conuertitur, quem non nauscat, eò quod non
 malitia, sed pusillanimitate peccasse non nescit. Atque
 hoc ipso verum ostendit quod Dauid cecinit: Sicut pa-
 ter filiorum suorum, ita misertus est nostri. Ipse enim
 agnoscit facturam suam. Quod autem Thomæ dicit: In-
 fer digitum tuum huc, & vide manus meas, & asser-
 manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredu-
 lus sed fidelis: se non nescire absente se Thomæ proci-
 citatem linguæ, insinuat. Tum quod attrectare eum iu-
 bet, fit vt eo facilius credat Apostolus, & per externam
 attrectationem magistri, interna cordis vulnera sanaren-
 tur discipuli, tum etiam nostra confirmaretur fides &
 robur

*dissonantia
et vnum*

pro h. 1.

2

*3
fuit pauly qui
pater d. p. p. p.
et fuit. et d.
h. m. h. f. h.
m. m. m. m. m.
quod y. p. f. l. 102.
h. m. h. m. m. m.
h. m. h. m. f. f. f.*

roborem sumeret: imò vt si recusamus ijs credere qui post resurrectionem Christum viderunt, saltem fidem habemus ijs, qui & viderunt, & suis manibus attrectauerunt. Post enim de deitatis illa summæ triade fidem, præcipua in Christi resurrectione solaria nostra constant, vt Paulus attestatur. Si confessus fueris Christum (intellige, q̃ patri Deo æqualis sit) & credideris in corde tuo, quoniam Deus à mortuis eum excitauerit, saluus eris. Ideoque Christus dicit: Noli esse incredulus sed fidelis, de promissionibus & verbis meis ne dubita, etiam si impossibilia videantur, quando iam nunc in me cernis & palpas, quod ante iniquum & impossibile arbitraberis. Et hæc regula omnibus præscripta, ne sint increduli sed fideles.

Roma. 10

Ecce quantum requirebatur vt Thomas ad suam exclamationem induceretur: sed quo tardius eò perducitur, eò deinde audentius & honorificentius confitetur: Dñs meus & Deus meus, inquit, At hic mihi mirificam Dei manum vide. Quis crederet ex tam pertinaci incredulitate tantam venire fidem, & tam citò? Sic nec quicumque latronem saluum, nec Saulum Apostolum fore putauisset, vtrumq; tamen factum est. Nullius ergo hominis, quoad hic vixerit, salutem in desperatis habebimus. Duo autem huic Apostolo præter omnem spem & expectationem contingere. Videbat & palpabat, quod Christus verè resurrexisset. Adhæc, audiebat ipsum quoq; quæcunq; ante dixerat nouisse. Atque ideo eum Dominum suum confiteretur & Deum. Dominum, quod mortem deuicisset: Deum & omnia etiam abscondita nosset cordium. Et hæc vera perfectaq; nostræ fidei confessio est, similis per omnia confessioni Petri, vbi dixerat: Tu es Christus filius Dei viui. Quanquam Thomas apertius & clarius omnia: quod Christum non Dominum solum verum etiam confitetur Deum: nec hoc simpliciter, sed suum Dominum suumq; Deum. Et hic cardo rei veritur. Neque enim satis est credere quod Christus sit Dominus & Deus, nisi etiam quod tuus Dñs tuusq; Deus sit tota mente confidas, hoc est, in ipsum speres, omniaq; bona ab illo expectes.

Ioan. 20.

Lucæ. 23.

Acto. 9.

memini d. f. p. e. r. a. d. e. s. t. f. a. l. u. s.

Matth. 16

Vide ergo hæc Thomæ concio est, quæ hodie exhortamur,

1
2
3
tatur, nec immerito. Vt enim verbis breuissima, et
tamen omnia comprehendit, quæ nobis scitu sunt ne-
cessaria. Vt, quid de Christo credendum, nempe quod
Dominus sit & Deus: deinde, quid ab illo querendum,
nempe auxilia vti à Domino, & salutem, quasi à Deo.
Postremo, quid illi debeamus: nempe, obedientiam tan-
quam Domino, & fidem, cum spe & Charitate, vt ge-
nuino Deo nostro.

Animaduertis ergo, quanta & quàm multa Christus
paucissimis his nos doceat verbis. Et hæc quidem ma-
ximè omnium necessaria. Audiamus igitur ambos hos
buccinatores: audiamus diligenter Ioannis & Thomæ
buccinas. Veneremur vt viros sanctissimos. Precemur
Deum, vt cordium nostrorum referet abdita, hæc hisq;
similia audiamus cogitemus, & diligentissimè opere
impleamus, Amen.

SECUNDVS SERMO,

de fide S. Thomæ.

Inter alia multa, quæ in nobis corripienda sunt me-
rito, non infimum locū tenet, quod tā tardè quæ no-
bis commoda essent, videmus: contra tam oculati su-
mus, si quid vsquam, quod ad tegenda delicta nostra
arbitramur facere. Id quod clarissimè videmus in præ-
sentis diei Euangelica lectione, vbi leuissimi quique
Christiani, non Christianè nil aliud vident vel obser-
uant, quam quod ita serò resurrectionem Christi credi-
dit Thomas: imò quod quodammodo pertinaciter
contra pugnat, certa licet dent cæteri signa, & nō quod
aliorum relatione obiter audierint, sed quod viderint
referrent. Hoc tantum, inquam, inutiles illi homines ex
hoc Euangelio obseruant, arbitranturq; se nihil opor-
tere, hoc prætextu, nisi quod videant, credere. Quod
vero alibi Scriptura huic laudi tribuit nolunt discere:
imo nec in sequentia statim hac ipsa lectione nolunt vi-
dere: nempe quod tā cito idem ille Thomas noster ab-
iecta incredulitate sua mox constantissimè fidem suam
confitetur, cum clamat: Dominus meus & Deus meus:
& quod ideo à Christo laudatur. Quod si in alijs etiam
idem facere animus est, id solū quod peccatum leuita-
tisq; nostræ operculū arbitramur, ex Euangelicis lectio-
nibus

nibus enucleare, alia omnia negligere: nunquam profecto Christiana religio pristinum recuperabit statum. Taceo interim minimè Christianū esse, ex S. scripturis solū si quid mali est, excerpere, cū D. Paulus prudētes in bono, simplices verò in malo velit esse: hoc est, tales sumus, qui facilè quod bonum est videant, malum autem videntes quasi minimè videamus.

Rom. 16.

Porro bonum & malum in D. Thoma habemus propositum. Malum erat, quod Apostolis credere recusabat resurrectionem Christi annunciantibus. Bonum verò, quod tam facile ad fidem conuertitur. Vtrunque describit Ioannes: vtrunque audiamus.

Et principio quidem non aprobandum est. Thomas, referentibus ipsi Coapostolis, nec vno solo sed omnibus simul, latum illud nuncium resurrectionis Domini, tam procaciter obgannijt: Nisi videro in manibus pedibusq; illius fixuras clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Sed minimè mirandum. Nam & homo ipse, & non solus inter discipulos, in quo Christus defectum aliquem comperit. Petrus ipse non absimilia loquitur statim ante passionem, & quasi Christo veritatem dicenti repugnat, cū audiret modò: Non potes me sequi, sequeris autem postea: recusāt credere. Cur, inquit, non possum te modò sequi? Animam meam pro te ponam. Et vbi Christus ait, quod ter se negaturus esset, necdum vera dicenti credidit, imò loquitur audentius: Et si, inquit, omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor: imò si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Quod si id in Dominum ausus fuit Petrus, cur non & in condiscipulos Thomas? Quin id ipsum quod Thomas, ceteri omnes facturi erāt Apostoli, si à solis hominibus Christum surrexisse audiissent. Neque enim mulieribus Christi resurrectionem significantibus crediderunt. Sed & Christo seipso manifestate cum ipsis colloquente, vt viderent & palparent iubente, coramq; comedēte, dubitauerunt, putantes se spectrū videre. Nō ergo mirandum illud in solo Thoma. Nemo itaque sinistre iudicet de quopiam homine, in tentationibus succumbente. Si enim tu idem sustineres, grauius fortè delinqueres.

Ioan. 13.

Ioan. 20.

Lucc. 24.

Quod

Quod autem Ioannes incredulitatē Thomæ ita propriè depingit, non detrectandi, aut alijs sua vitia obijciēdi id iactum est libidine, quemadmodum nec eo animo alij Euangelistæ Petri lapsum describere. Minimè. in lapsu Petri hoc solum docere voluerunt, ne quid nimum quis sibi polliceatur de sese, vel in sua virtute confidat. Sic Ioan. in descriptione incredulitatis Thomæ, proprietatem naturæ nostræ insinuare voluit. Nudo verbo nō credimus, nisi corām videntes palpamus. Quemadmodum & Christ⁹ Regulam ea propter corripit: Nisi signa & prodigia videritis nō creditis. Quare semper cum Apostolis precemur necesse habem⁹: Domine adauge nobi fidem. Et: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Videmus ergo propriam nostram infirmitatem in Thoma. Videmus & iudicia Dei, qui nonnunquam sui labantur permittit, vt deinde vbi dextra celestis porrigitur, diuinā opem & miserationem agnoscat, rectius, vtque alij timidius cautiusque ambulent.

Sed hoc quoq; cogita, Thomam hoc facto personam gessisse Iudaici populi: ijab initio vsq; modo id ipsum quod Thomas faciunt. Vtut enim multa illis apostoli annūciarunt, & etiamnum hodie tota Ecclesia profiteatur. Vidimus Dominum, in incredulitate tamen sua semper perseuerant, nec vnquam creduturi quo vsque Deus velamen oculorum ipsorum tandē abstulerit, ipsum Christum ipsi videant. Atq; hæc de incredulitate Thomæ dixisse sufficiat. Porro & fidem eiusdem audiamus, quam omnibus credentibus idem descripsit Apostolus.

Dixerat quondam Dominus Iesus, idque ipsum impleri necesse fuit: Pater quos dedisti mihi, non perdiidi ex eis quenquam, nisi filius perditionis. Et rursus: Nemo de ouibus meis peribit & nemo eas de manu mea tollet. Pater qui mihi dedit eas, maior est omnibus, & nemo eas tollet de manu patris mei. Propterea nec Thomas potuit perire in incredulitate sua Christus eripuit. Huius gratia, denuo Apostolis se manifestat, omnibus pacem precatur, at mox ad Thomam se vertit, ijsque verbis alloquitur, vt exaltata voce prorumpat: Dominus meus & Deus meus. Cui etiā respondit Dominus: Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt & cre-

Ioan. 4.
Luc. 17.
Matth. 12.

2. Cor. 3.

Ioan. 17.
Ioan. 10.

erediderunt. Tantum de fide Thomæ scripsit Ioannes, omnia prægnantia verba, quæ de illius historiâ veteris testamenti admonent, ubi filij Iacob crescente fame in Aegyptum perrexissent, atque à fratre suo Ioseph quem non agnouerant frumenta emerent. Iuniorem natu fratrem domi reliquerant, sed benè illius recordatur Ioseph, quærit de eo, nec requies donec coram videat. Et si autem protraheretur id longo tempore, suscipitur tamen in summa dilectione & amicitia à fratre Ioseph Benjamin, nec minus, imò cumulatius dimittitur. Nec fecus hoc ipso Thomæ accidit.

Gen. 42.
& 43.

Ioan. 20.

Christus frumenta inter Apostolos distribuit, cum ait: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata remittuntur eis. Dedit eis cibum in viaticum, cum ait: Pacem meam relinquo vobis. Habebant & sacculos ad summum impletos, quando Ioannes de illis dicit, Gausi sunt discipuli viso Domino. Thomas autem non erat cum eis illo tempore. Pater eum domi seruauerat, hoc est, diuina patris prouidentia factum est, non adesset cæteris Apostolis illo tempore Thomas, vt deinde euidentius doceretur, quod verè à mortuis resurrexisset Christus. Neque enim propterea in obliuionē abiit, quia tunc absuit: nec reiicitur quod non cum alijs credidit, quod sero ad fidem reuertitur. Imò illius gratia cōparet denuo, peculiariq̃ue eum donat priuilegio. Insuper digitum tuum huc & vide fixuram clauorum. Nihil ergo minus quàm cæteri etiā Apostoli inde retulit Thomas. Id quod hic colligitur verbis, quū dicit, Dominus meus & Deus meus. Ostendunt enim primum fidem eius, quibus quid de Christo credendum, insinuat manifestissimè. Deinde & obedientiam eius suscipimus, quod Dominum confitetur Christum. Postremo & spem, quod Christum confitetur Deum. Ac demum dilectionem suam minimè vulgarem, quod eundem Dominum suumq̃ue Deum vocitat.

Sed nōne pleno tibi gaudere videtur sacco, qui hæc quatuor in sese comperiens, confitetur palàm: fidem, inquam, spem charitatem, & Dei mandatorum obedientiam. Hæc omnia in vno Thoma, quæ non verbis modo, sed & factis, tota vita, atque adeò sua passione o-

f

sten-

stendit, vnde pro merito à Christo celebratur. Quia vidisti me Thomam, inquit, credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt. Quasi diceret: Oculis tuis Thomas vidisti me, manibus tuis attrectasti me, corde tuo agnouisti me, nec cæcus, nec piger, nec permansisti pertinax. In vita mea, in morte mea, in resurrectione mea vidisti me. Vidisti docentem me populos, vidisti liberatorem, vidisti triumphantem. Constanter credidisti corde, fideliter confessus es ore, perseveranter id ostendisti operibus. Beati omnes ita me consistentes, ita credentes, corporalibus licet me oculis nunquam viderint. Atque hoc quidem verbo, omnes nos ad imitationem Thomæ confessionis nos attrahit. Hoc inquam verbo consolatur nos, fore, vt æquè salutem consequamur nos qui nunquam vidimus Dominum Iesum corporaliter, nec videbimus hic, atque illi qui viderunt, modò crediderimus. Sed & incredulos his verbis præuenit Christus, ne arbitrarentur sua causa Christum rursus, quemadmodum Thomæ sese manifestaturū. Tibi, inquit Christus, Thomam, datum est, rursus videndum me offeram. Cæteris aut nō sic, quibus verbo meo assentiri satis sit. Beati qui non viderunt, & tamen crediderūt. Illuminet & aperiat omnium nostrum oculos pius Dominus: in plenam sui agnitionem nos dirigat, Amen.

IN DIE S. STEPHANI
EVANGELIUM

Matth. 23.

*magnus effectus
piratæ & rapti
et iniquitatis
populi sui*

Dixit Iesus Iudæis, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapiētes & scribas, & ex illis occideritis, & crucifigētis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinē Zachariæ filium Barachiz, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient